

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Exemplum n  
cum fonte primo

Qui bona occulte faciunt  
et tamen quibusdam factis publice mala de se opinari permittunt,  
cum seipsos recte uirtute uiuificant,  
in se alios per exempla male estimationis occidunt,  
et cum salubris uini potum sorbeant,  
pestiferum ueneni poculum aliis infundunt.

Gregorius ibidem (in pastoralis).

At contra ammonendi sunt  
qui bona occulte faciunt,  
et tamen quibusdam factis publice de se mala opinari permittunt,  
ne cum seipsos actionis rectae uirtute uiuificant,  
in se alios per exemplum prauae aestimationis occidunt,  
ne minus quam se proximos diligant,  
et cum ipsi salubrem potum uini sorbeant,  
intentis in sui consideratione mentibus  
pestiferum ueneni poculum fundant.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.35  
(SC 382, F. Rommel ed., p.514, ll.37-43).